



**Totius Iuris Canonici Compendium, Siue, Brevis Summa In
Quinque Libros Decretalium Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qua Iuris Canonici Primae Institutiones, seu Elementa ita traduntur, ut
plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac
Doctorum receptorum auctoritate communiantur ...

**Axel, Johannes Honorius van
Coloniae Agrippinae, 1656**

De transactionibus Titulus XXXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

De transactionibus

Titulus XXXVI.

S V M M A R I A.

- 1 Transactionis definitio.
- 2 Transactio sit per pactum, aut Aquilianam stipulationem.
- 3 Transigere qui possint.
- 4 Transigere licet super delictis publicis capitalibus imponentibus pœnam sanguinis, putam mortis, aut mutilationis membra.
- 5 Excipe ab hac regula adulterium verum.
- 6 Transigere non licet in alijs criminiibus publicis, qua pœnam sanguinis non irrogant.
- 7 Excipe crimen falsi.
- 8 Excipe crimen fracta pacis.
- 9 Transigere, an sit licitum in priuatis delictis.
- 10 Transigere aut pacisci non licet iure canonico de aliquo delicto.
- 11 Transactio est licita super lite & controversia civilis.
- 12 Nisi prohibeatur specialiter, ut in casibus emeratis in textu.
- 13 Transactionis effectus.
- 14 Transactionem vitiant error, calumnia ex parte actoris, falsitas instrumentorum & testimoniis.

DICTVM est de pactis quæ sunt gratuita super re certa, nunc subdit de transactionibus quæ non gratuita sunt, super re dubia; Est enim t̄ transactio de re dubia, & lite incerta præcente vel futura, l. eleganter §. si post ff. de cond. indebet iure aut de facto, l. secundo, C. hoc tit. & ibi las. numero secundo, non gratuita pactio, sed aliquo data, retento, remisso, vel promisso, l. i. ff. hic tit. & ibi las. num. 5. l. de fidei commissio l. si super & transactio C. eod. & ibi las. numero pri-

mo l. Lucius §. fin. ff. ad Trebel. Gail. obf. 71. lib. 2. siue totum detur pro toto, siue totum pro parte, vel plus detur quam pe-tatur, aut nihil detur, led aliquo præstetur, l. Lucius §. fin. ff. ad Trebel. Wald. in l. fin. nu. 6. C. de execut. rei iud. las. in d. l. transactio nullo num. 1. C. hoc tit. sit per pactum † aut aquilianam stipulationem l. z. l. aquiliana cum l. seq. & l. pa-cto ff. hoc tit.

Transigere † possunt Dominus rerum si-ue actionum, tutor, curator cum decreto quando res immobilis vel mobilis pretiola occasione transactionis alienatur, & sine decreto, quando eandem retinent; l. non so-lum & ibi gl. pen. C. de prad. minor. Procurator habens speciale mandatum, aut liberam ad-ministrationem bonorum, vel cause, vel da-tus sit in rem suam, c. qui ad agendum §. si. hoc tit. in 6. & ibi glo. fin. & Can. l. procuratore in rem l. procurator cui generaliter libera ff. de pro-cur. l. insurandum l. 2. §. fin. & l. seq. ff. de iure iur. Praelatus cum consensu capituli & auctoritate superioris, quando res immobilis vel mobilis pretiola per transactionem alienatur, sed si eam retineat aliquo dato vel facto penes ecclesiam, tunc potest transigere sine alterius consilio, vel consen-su, l. nulli & ibi glo. & Bart. & DD. ff. hoc tit. Pan. inc. contingit n. . eodem. ac sine regio af-sensu, Affl. decis. 232. sub num. 8. Greg. xv. decis. 354. n. 14. Valer quoque transactio Pralati sine superioris auctoritate, in qua agitur de recuperando iure deperdito, quod com-petit Ecclesiæ de iure communi, c. i. de pact. in 6. Telin. in cap. veniens sub num. 5. de prescript. administrator ciuitatis, l. præses C. hoc tit. & glo. fin. ibidem. vasallus de feudo, c. si vasallus feudum §. si vasallus de beneficio si de feud. cont. sit int. dom. & agn. vasall. c. vnuco de controv. in inter vasall. & alium de beneficio, Super delictis t. 4 publi-

publicis capitalibus imponentibus pœnam sanguinis puta mortis, aut mutilationis membra, *l. imperium & ibi gloss. 2. ff. de iuri d. omn. iud.* non iactus fastum, quia non est capitalis, *l. capitalium ff. de pœn. lictum est transigere & pacisci. l. transigere C. hoc iur. post inscriptionem factam, ac datum fideiustorem, de perlequenda accusatione, Bald. in d.l. transigere sub num. 4. vers. ista solutio videtur falsa, quia licitum vnicuique sanguinem suum quo cum que modo redimere, *l. 1. ff. de bon. cor. qui sibi mort. conse &c. tam accusato, quam accusatori, quia si ipse accusator non probaret, punietur eadem pœna, qua reus accusatus, l. fin. C. de accus.* Dictaque transactio operatur Primo, respectu accusatoris & accusati, quantum ad impediendum me iudex ex officio suo, aut illi transigentes, vel extraneus super eodem processu procedant, & definit: ac respectu veteris processus, & illius instantie præjudicat omnibus: *Bart. in l. transigere n. 7. & 8. & in l. si maritus §. si negauerint nu. 2. & 3. ff. ad l. l. de adult.* sicque accusatus euadit pœnam, quæ imponeretur si accusator probaret delictum, accusator euadit pœnam capitalem, in quam incideret, si in calunnia reperiretur; incidit tamen in Turpilianum, quia destitit, *l. ab accusatione ff. ad SC. Turpil.* cuius pœna est pecuniaria *l. prævaricationis in fine ff. de prenar. & infamia, l. qui destitit ff. ad SC. Turpil.* *l. quia accusare ff. de accus.* Secundo operatur respectu accusatoris, quia quamvis alius de eodem crimen, eundem de novo accusare, & nouum processum facere possit, *l. qui cœtu §. fin. ff. ad legem l. l. de vi publ. & index de novo inquirere, c. 1. & 2. de Collus. deteg. ipse tamen accusator, qui tranlegit non potest post transactionem amplius acculare, d. l. si maritus §. si negauerint & ibi Bart. n. 4. l. qui destituit. ff. ad SC. Turpil.**

Tertio operatur respectu accusati, cui non imponitur pœna, quæ alias imponitur corrupti accusatorem. *l. Imperatores ff. de iure fisici.* nec habetur pro confesso prout alias habetur; *l. fin. ff. de procur. Bart. in d. §. si negauerint n. 2. l. si. in d. l. transigere n. 3. & generaliter leges, quæ puniunt transigentem, non habent locum, neq; leges quæ disponunt de alijs effectibus transactionis; quia permissa est transactio, sed d. lex, transigere, non dat robur transactioni, alias lequeretur quod transactio esset totaliter extinctua pœna delicti, & tolleret accusationem competentem vnicuique de populo, l. diuus & ibi gl. ff. ad Syllan. Bald. in d.l. transigere n. 4. in fine. Excipitur ab † hac regula adulterium verum, in § quo non est licita transactio, vel pactio sauore castitatis, & matrimonij, quia non solum delinquens puniendus est, sed accusator dissimilans interpretatur committere lenocinium, vnde pactum in se habet admixtum delictum: *l. auxilium §. fin. ff. de minor. l. de criminis C. de adult.* Super adulterio præsumpto licita est transactio. *l. si. in d.l. transigeren. §. quod præsumitur, quando præmissa trina protestatione, reperitur aliquis alloqui mulierem, auth. si quis ei C. de adult.* In † alijs criminiibus publicis, quæ sanguinis pœnam non interrogant, non licet transigere, quando committuntur faciendo, secus si delinquatur omissendo; *l. 2. ff. ad SC. Syll. Bald. in d.l. transigeren. 28 & ibidem l. n. 7. ne delicta remaneant impunita; d. l. transigere, transactio non valet, l. iuramentum §. si pacisci ff. de pact. ex parte rei, quia in causis fiscalibus aduersarium corrumpens data pecunia, habetur pro confesso, & coniuncto, l. eius qui delatorem ff. de iure fisici. ipso facto est infamis, l. athletas §. fin. cum l. seqq. ff. de his qui non infamia l. si tutor C. de interd. matrim. &c. & ad aliam pœnam iudex, ex eodem processu,**

cessu, potest condemnare reum, l. 2. C. de ab
solit. Bart. in d. l. transfigere sub num. 7. & l. s. nu.
20. dans tres cautelas per quas reus transfigens cum
accusatore non intelligitur sibi prædicare Bald.
num. 34. cui temporis præscriptio non pa
trocinatur; l. 1. §. fin. in fine ff. de iure fisci. aut ex
parte actoris, quia extra ordinem punitur, l.
si quis repeteret §. 1. ff. ad Turpill. & amplius non
audierit, non quod eum impedit transfig
atio, sed eum impedit desistentia, & infamia,
qua sequitur ex desistentia, l. qui accusa
re ff. de accus. l. qui desistit ff. ad Turpill. Bart. in d.
l. transfigere num. 19. C. hoc tit. Ceterisque non
prædicat, non vi pactionis, quia non ex
tendit, ut ad alias personas. l. si vnu §. ante o
mnia ff. de pact. l. imperatores in princ. & §. fin ff.
hoc tit. non vi præventionis, quia non dice
tur præuenisse, qui destitit, d. §. si negauerint,
Excipe ab hac t regula crimen falsi, in quo
licita est transactio, quia post probationem,
ei, qui fallum commisit, imminent supplicium
capitale, si id exigit magnitudo com
missi, l. rbi falsi C. ad leg. Corn. de fals. rum quia
licet honorem & statum redimere, cum cri
men falsi sit maxime opprobiosum, & ac
cusatione introducta, ac pendente, tollit
priuilegia personæ, l. si quis decurio C. ad l. Corn.
de fals. ac priuilegia causæ, l. 1. C. ad leg. Corn. de
falsi. Excipe 2. quia t transactio super criminis
fraudæ pacis valet, licet sit publicum inter
partes saluo tamen iure Fisci, Myns. obs. 79.
cent. 2. & obs. 62. cent. 5. Pacisci licet accusato
in his criminoibus publicis, quæ non irrogant
pœnam sanguinis, quantum ad evitandam
infamiam, quia reus pacisciens non habetur
pro confessio, l. furti §. pactuve ff. de his qui
not. infam. Sed non quantum ad impedien
dum processum, quia nullo modo licet de
sistere: d. l. 2. C. de ab solit. l. priuatis l. si quis repe
tere §. 1. ff. ad Turpill. Intelligitur autem tra
nigere data pecunia, pacisci gratis, d. l. furti §.

pactuve glo. in d. l. transfigere in verbo prohibitum
in fine. In priuatis criminalibus, t siquidem
mota sint criminaliter, non licet transfigere,
neque pacisci l. iuri gentium §. si patiscar ff. de
pact. l. licitatio §. quod illic te ff. de publican. &c.
ad impediendum processum, etiam quo mi
nus iudex inquirat, quia tunc pœna venit
applicanda fisco, Bart. in d. l. transfigere nu. 16.
& 17. in fine & rationibus supra allegatis, ante
accusationem potest quis pacisci, ad impe
diendum se, non alium; Bart. in d. l. transfigere
num. 28. & seqq. Si vero ciuitate ragatur potest
transfigere & pacisci, l. post decisionem l. interdum
§. qui tutelam ff. de furti. l. si pro fure ff. de condic.
furti. l. si tibi §. quadam ff. de pact. Præterquam
in actionibus furti, vi bonorum captorum,
iniuriarum, & de dolo, in quibus pacisci licet,
transfigere non licet, quia reus transfigens
habetur pro confessio, & ipso facto in
famatur, §. ex quibusdam inst. depen. tem. liig.
& ibi gl. & DD. licet quantum ad impediendum
processum & instantiam, pactum &
transactio valeant, l. 1. l. furti §. pactus de his
qui not. infam. Bart. in l. transfigere. 16. hoc tit.
& ibi DD. Prædata t distinctio non procedit
de iure canonico, quia nunquam pro aliquo
delicto imponitur pœna languinis, & omne
crimen quasi publicum censetur, unde non
licet per pactum, siue transactio ab ac
cusatione recedere, c. 1. & ibi gl. pen. de coll. deteg.
& ibi Pan. n. 8. c. si quem §. prevaricator & ibi
glos. in verbo in omnibus 2. quest. 3. Zab. in c. final.
in 8. quest. hoc tit. nisi in crimen falsi. Faber in
d. l. transfigere in fine, aut quando potest tradi
curiae sæculari, Pan. in c. 1. n. 8. de coll. deteg. vel
venit imponenda pœna perpetua detrac
tionis, quæ æquiparatur morti, Zab. in c. fin. in
8. quest. in fine de transact. Pan. in d. c. 1. sub num.
8. de coll. deteg. aut iudex super crimen dis
penſaret, auctoritatem præſtando volenti
bus. inter se gratiam facere, cap. fin. hoc tit. &
ibid.

ibi Zab. in 4. quast. c. si primates & ibi gloss. in verbo pacificare s. quast. 2. & ibi Archid. num. 1. l. furi i. qui ius sit. ff de his quinot. infam. Archid. in e. studendum 90. dicit.

II Super lite & controversia civilis licita est transactio, c. 1. c fin hoc tit. l. causas C. cod. etiam famosa, s. ex quibusdam Infr. de pena temere litig. l. in actionibus ff de ijs qui not. infam. ac criminali civilitate intentata, l. non distinguemus s. Iulianus & ibi gl. in verbo famoso delicto ff de arbit. Bart. & DD. in l. quid ergo s. cum autem pers. ex compromisso ff de his qui not. infam. Pan. in c. veniens in 2. not. & in c. quin: a vallo in 1. not. de iure iur. quia agitur de solo praejudicio partium, Pan. in c. litteras num. 7. de presumpt. Bart. in d. l. non distinguemus s. Iulianus ff de arbit. & DD. & super seruili & alcriptitia conditio- ne, l. fin. C. hoc tit. Pan. in c. præterea el. 2. num. 4. hoc tit. & causa conuersonis & monachationis, gloss. fin. in d. l. fin. C. hoc tit. interueniente decreto episcopi, Bald. in d. l. fin. post glos. & DD. nisi specialiter prohibeatur, prohibetur et ff autem super sententia, l. si causa C. hoc tit. Myns. obf. 47. & seq. uen. 4. nisi appellatio intercesserit, aut appellari possit, l. & post rem. ff hoc tit. l. eleganter s. si quis post ff de cond. indebet, vel si ignoretur iudicatum, aut ignorari pos- sit, an iudicatum sit, l. & post rem. ff hoc tit. contiouersis quæ ex testamento profitiscun- tur, nisi inspectis & cognitis verbis testa- menti, l. de his contiouersis ff. hoc tit. qualecumque sit illud testamentum, siue nuncupati- um, siue inscriptis, Casar. decif. 1. & 2. hoc tit. qui explicat l. de his ff de transact. sed transactio super existentia testamenti sustinetur ex fa- ma, & vociferatione existentiae testamenti; l. 2. C. de transact. l. 1. ff. eod. Greg. xv. decif. 149. futuris alimentis, securis de præteritis, l. de a- lim. C. hoc tit. quæ testamento, codicil- lis, aut mortis causa donata, vel ab eo cui mortis causa donata, vel si implem-

da conditionis gratia, relicta sint, absque prætoris auctoritate, de alimentis, quæ non mortis causa donata sunt, licet sine præ- tore auctore transfigere, l. cum hi ff. hoc tit. matrimonio, quando per transactionem aliquid fit, contra vinculum matrimoniale, secus si transactio fieri pro matrimonio, ut quando partes contendentes de matrimo- nio per transactionem inducuntur ad con- trahiendum de novo, si nullum subsit impe- dimentum, vel tale quod dependet ab ea- rum voluntate, c. fin. & ibi Pan. n. 8. hoc tit. su- per furoris decimis cum laico, ut omnino in- perperuum remittantur, vel minus soluat, nisi auctoritate Papæ, qui solus potest exi- mere laicum a solutione decimorum, c. a no- bis de decimis super perceptis & subtraetis de- cimis libere transfigi potest; item ecclesiæ liberius inter se possunt de decimis transfigere, Pan in cap. statuimus num. 7. hoc tit. & ibi Anch. in fine & Can. Capr. conclus. 100. re sacra, vel spirituali, aut beneficio litigosis, c. super eo hoc tit. c. fin. de rei permut. iure præsentandi, c. præterea 1. hoc tit. spirituali subiectione, cap. præterea 2. hoc tit. etiam cum iuramenti inter- positione; c. constitutus hoc tit. Quæ proce- dunt primo, quando temporale pro spiri- tuali datur, sed valet transactio, si spirituale pro spirituali datur auctoritate archiepis- copi, non eius Vicarij vel officialis, Innoc. in c. 2. in fine hoc tit. c. Tholos. quast. 98. in ipso aucto- transactio, & non ex post facto, interpofita; Collect. in c. veniens n. 3. hoc tit. Capell. Tholos. quast. 98. Quando episcopus cum ecclesia sibi subditæ, vel episcopi, quando ecclesiæ sibi subditæ, vel etiam inferioris prælati, quando ecclesiæ pleno iure sibi subiectæ transfigunt super decimis, aut alio iute spiri- tuali, gl. in d. c. super eo in verb. super re sacra d. c. statuimus & ibi Pan. nu. 2. 3. 4. & 5. & in c. præter- ea el. 2. num. 2. hoc tit. Limita 2. quando

V. 3. eccle-

ecclesia, vel alia res sacra deducitur in iudicium tanquam proprietas, gloss. i. in d. c. super eo circa finem Pan. in d. c. statutus num. 8. Limitata, in amicibili compositione nullo dato, vel retento, etiam absque superioris auctoritate, d. c. super eo in fine in verbo inter se & ibi Pan. nu. 2. & 3. nisi per compositionem alter dimittat beneficium a se possellum, nam non potest possessor quoquo modo beneficium dimittere, sine superioris auctoritate, c. admonet c. quod in dubijs de renunc. Pan. in cap. cum pridem de pac. num. 3. Transaction inita post citationem emanatam ad instantiam auctoris pendente termino ad comparandum circumducit ipsam citationem ut reus amplius comparete non teneatur, Alex. in l. 2. in fin. ff. si quis in ius voc. non ierit. Myrs. obser. 47. in princ. cent. 4. & tollit instrumenta, & omnia iura, quæ partibus vel ex temporis prescriptione, seu aliter opem de lege, aut quo-cunque priuilegio ferre poterant, & sola pectorum habitorum pagina validum perpetuumque robur obtinet, cap. 1. hoc tit. Mober. decif. 3. de transact. Iason & DD. in l. fratres C. de transact. & ex ea nudo pacto inita, iure canonico datur actio, c. 1. & c. qualiter de pact. iure ciuili etiam si facta sit apud acta, in praesentia iudicis, reo datur exceptio, auctori non datur actio, quia auctori superest vetus actio, ad quam potest redire, si fides transactionis non seruetur, l. sive apud acta C. hoc tit. nisi subdita illuxerit Aquiliana stipulatio, quæ omnem actum ipso iure perimit, l. actionel. vt responsum l. ubi pactum C. hoc tit. l. Aquiliana ff. eod. Secundo non minor est auctoritas transactionis quam rei iudicata, l. non minorem C. hoc tit. Tertio non rescinditur praetextu instrumenti postea reperti, l. sub praetextu C. hoc tit. aut praetextu laesonis, ultra dimidium iusti pretii, Bald. in l. 2. C. de rescind. vend. num. 7. & 8. & ibi DD. Ies. in l. si quis eum aliter

num. 13. ff. de verb. oblig. & ibi DD. Afflict. decif. 220. num. 2. Gaul. obser. 70. lib. 2. Mynsing. obser. 33. centur. 1. Quarto impedit litis ingressum siue litis contestationem, l. fratri C. hoc titul. Quinto in ea non habet locum pœnitentia, l. quamvis C. hoc tit. ab ea receditur mutuo consensu restituta pecunia accepta, & cedula ex integro agitur, l. si diuersa C. de transact. Greg. xv. decif. 354. & ibi annot. ampliat. 3. & limitat. 6. modis. Sexto si fundus dimittitur ex causa transactionis, non debetur euictio, secus si datur, l. si pro fundo C. hoc tit. Septimo facta super re spirituali, auctoritate superioris ligat ecclesiam, & successorem, alias ligat tantum ipsum transigentem, c. de catero c. reiens hoc tit. Greg. xv. decif. 152. Octavo concordia que non titut priuilegiis, vel præscriptione, non dicitur contra ius, ac sacros canones, ac iurata & confirmata à sede apostolica est omnino seruanda, Seraph. decisione 460. & decif. 475. per c. irrefragabilis. 1. de offic. ord. nec indiget verificatione, c. pen de confirm. viii. Seraph. decif. 709. nume. 2. Vitiant transactionem error etiam in parte, quia remouet consentium: Angel. in l. qui Roma 6. duo fratres in l. quest. num. 8. ff. de verb. obligat. & ibidem Alex. num. 54. Caesar. decif. 1. hoc titul. calumnia siue dolus, ex parte auctoris, glossa in l. 1. in verbo qui transfig. ff. hoc tit. Ias. in l. 2. sub n. 2. C. eod. c. super eo. & ibi gloss. in verbo dato eod. & Can. ex parte vero rei non vitiat ipso iure, sed in effectu, & rescinditur per actionem de dolo, Ias. in l. sub praetextu num. 8. C. hoc tit. Zab. in d. cap. super eo. in l. quest. faliitas instrumentorum, & testium productorum, quantum eorum praetextu facta reperitur nisi super falso fuerit transactum, l. si ex falsis C. hoc titul. & ibi Bartol. numero 5. & 8.

De